



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 23. Circa obligationem denunciandi hæreticum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

CAPVT XXIII.

Circa obligationem denunciandi haeticum.

DVBIUM LXXXIV.

Tenetur quis denunciare haeticum, cum solus delictum nouit.

405
Questionis
status.



VANDO delictum probari potest, nemini est dubium quemque posse, & debere illud denunciare ex cap. Quapropter 2. qu. 7. & cap. 2. de heret. Solum est questio, quando delictum ita est occultum, ut nullo alio prater illum illius sit conscius. Quasi si itaque, num in hoc casu quis haeticum denunciare teneatur?

406
Tenetur
quidem.

Tenetur denunciationem iudicalem facere de haetico, vel apostata. Quia haeticus videns se denunciatum, vel denunciandum esse, quantumvis occultissime haesim manifestet, continebitur timens correptionem, & supplicium. Ex qua ratione probatur ipsi etiam delinquenti denunciationem esse utilem, tum quia a peccato patiendo continetur: tum quia a peccato commissio hac via potest reuocari. Et quia talis denunciatio utilis est non solum ipsi delinquenti, sed & Reipublicae: ergo est faciendum. Sic Azorius tom. 1. lib. 8. cap. 19. quest. 9. Sanchez lib. 2. Decalogi cap. 32. fine. Simanc. tit. 19. Rojas singul. 13. num. 19. & 20. Suarius de fide, disp. 20. sect. 4. Bonacin. quas. 6. punct. 1. num. 9. Scaccia de iudic. cap. 56. Farinac. de haesi, quas. 197. §. 2. num. 36. Barbosa part. 3. de potest. Episc. alleg. 96. num. 51. & alij.

407
No tenetur.

Non tenetur iuridicam agere denunciationem. Quia ad opus inutile, & nocuum nemo obligari potest: Sed talis denunciatio est inutilis, & nociua: ergo ad illam obligari non potest. Minor probatur Inutilis est, quia Index ex denunciatione sic facta non potest ad punitionem delicti procedere, neque ad illius correptionem; quia quilibet horum effectuum probationem integram delicti supponit, quae nequit haberi. Est nociua, quia siquidem delinques infamatur, nullo fructu ex infamatione obtento. Ita Ioann. Andr. ad cap. Nouit, de Indis. Villadiego tract. de haesi. quest. 10. Gundisal. tract. de haesi. quas. 10. num. 7. & 8. Ioann. Rojas singul. 3. num. 3. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 30. num. 4. Paramo de crim. S. Inquisiti. lib. 1. quas. 9. n. 25.

408
Primam
sententiam
tanquam
certissimam
defendo.

Teneo tanquam certissimam primam sententiam. Cuius ratio a contrario fundamento aperte somitur. Nam talis denunciatio est necessaria Reipublicae, & ipsi delinquenti: ergo est faciendum. Est Reipublicae necessaria; quia per denunciationem impeditur, ne haesis cancer serpat, qui alios inficiat. Facta namque denunciatione, Index procedere potest ad inquirendam de tali delincente, potestque de-

nunciatorem ipsum in criminis commissi reum recipere; illius enim testimonium suspectum esse non potest, siquidem delictum illud non est commissum in denunciatoris iniuriam, sed in Creatoris contumeliam: neque in suum commodum potius quam aliorum cedit punio. Quam vero utilis sit denunciatio ipsi delinquenti, nemo est qui dubitare valeat.

DVBIUM LXXXV.

An possit quis denunciationem iudicalem de haetico facere, si delictum est occultum, & sperat correctione secreta emendandum?

409
Non potest.

Non potest. Quia denunciatio in tali delicto nequit fieri ad delinquentis punitionem, sed ad illius correptionem, & ad praeservationem damni Reipublicae imminens: sed hic finis obtineri per correptionem fraternam speratur: ergo non est tunc iudicialis denunciatio adhibenda. Consequentiam probabo, tum quia Christus Dominus tunc dixit Ecclesiae delictum proximi manifestandum esse, quando proximus correptionem secretam non audierit. Tum quia charitas obligat medicinam delinquenti adhibere cum minori quae fieri possit iactura. Sic Gundisal. de haesi. quas. 10. num. 6. Repertor. Inquisit. verb. Denunciator. vers. An quando proceditur, Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 30. num. 3. Martin. del Rio Disquis. Mag. lib. 5. sect. 4.

Potest, & debet, correctione fraterna omissa haesim occultam Inquisitoribus fidei manifestare. Quia licet in aliquo casu delinquentis delictum emendatio secreta correptione, vel denunciatioe angelica speretur: tamen regulariter praesumi non potest, sed potius credendum, delictum se dissimulaturum, ut sic facilius delinquat, & errores diffundat: sed ob hoc periculum boni communis potest ecclesia praecipere, ut sibi delicta immediare denuncientur: ergo positio tali praepcepto tenetur quis peccata delinquentis, omissa correptione denunciare, quantumvis in aliquo speciali casu correctio speretur; quia tunc finis legis non cessat abluere. Hoc autem praepceptum ab Inquisitoribus fidei praescribitur, ut constat ex tenore edicti communiter publicati: ergo. Ita Symanc. de Catholic. institut. tit. 2. rubr. de denunc. a num. 10. Scaccia de iudic. cap. 16. num. 3. Rojas tract. de haesi. part. 2. assert. 2.

411
Hanc sententiam eligo communior, & utilior, & vtiliorem Reipublicae. Fateor quidem denunciationem hanc fieri praecipue ad delinquentis correptionem. At quia raro, vel nunquam haec correctio obtineri potest per delictum fraternam correptionem: merito ecclesia iudices in fidei defensionem praecipunt, ea non obstante, delictum manifestare. Porro aduersus hoc praepceptum a Christo Domino latum de fraterna correptione non pugnat. Tum quia Christi praepceptum est de peccatis, quae in damnum commune, vel tertij non vergunt, quod satis constat ex illis verbis, Si peccaueris in te frater tuus. Tum quia loquitur spectatis rebus secundum se: secus vero si ob commune bonum

bonum lex aliqua lata esset quæ casus communiter contingentes respiceret : tunc enim bonum commune particulari est præferendum ; & potius curandum est vitare periculum boni communis communiter contingens, quam in uno, vel alio casu alicuius delinquentis damnum vitare.

DVBIVM LXXXVI.

Si delinquens iam emendatus est, debetne quis eum Inquisitoribus denunciare?

⁴¹¹ *Debet qui-*
^{den.} **D**ebet profecto. Quia præceptum denunciationis non est ob specialem delinquentis correctionem tantum, sed præcipue ob correctionem publicam, & securitatem fidelium, qui finis non videtur obtineri, delinquentem emendato, nisi etiam ab Inquisitoribus sit punitus. Sic Suarius de fide, disputat. 20. sectio. 4. numero 11.

⁴¹³ *Nec debet,*
^{nec potest.} **N**ec debet, nec potest. Quia punitio intenditur in satisfactionem iniuriæ factæ Reipublice crimine delinquentis: ubi autem crimen est occultum, iniuria Reipublicæ cessat, & consequenter eius satisfactio: Restat ergo ut solum emendatio delinquentis, & damni facti reparatio intendatur. Ergo si totum hoc præsupponitur actum, vel non est locus ut fiat, quia iam delinquens è vitiis discessit, cessabit denunciationis obligatio, siquidem illius finis cessavit. Ita Fernandez de Castro de fide, tractat. 4. disputatione 3. puncto 4. numero septimo. Sæ verb. Denunciatio, cum Toletico, Soto, & Nauarro.

⁴¹⁴ *Hanc elige*
^{sententiam.} **H**anc eligo sententiam. Nam si delictum fuit occultum, & tibi constat, delinquentem esse emendatum, damnumque reparatum, non poteris denunciationem iudicalem facere: in tali enim delicto non potest punitio à Iudicibus intendi ex cap. Inquisitionis, §. Tertio, de accusatione. Abnego quidem finem denunciationis in delictis secretis esse publicam correctionem; quia cum non sit publicè damnum factum, non est, cur publice corrigatur. Securitas autem fidelium, si delinquens emendatus sit, iam obtinetur. Addiderim, in casu dubio, an Iudex ad satisfactionem Reipublicæ, & delicti commissi vindictam præcipue ad delinquentis correctionem procedat? Probabilius esse, procedere ad correctionem delinquentis: tum quia hic finis benignior est, & Ecclesiæ convenientior: tum quia procedit per censuras, quæ ad delinquentis correctionem præcipue ordinantur. Mecum Auila de censur. par. 2. disputatione 5. dub. 4. Suarius de censur. disputat. 20. sectione secunda, numero octavo. Filiucius tractat. 14. numero 28. & 30. Bonacin. de censur. disputatione 2. questione 6. puncto 1. numero 18. Barbola parte 3. de potest. Episcop. alleg. 96. numero 69.

DVBIVM LXXXVII.

An ratione damni emergentis quis excusetur, à denunciatione de hæresi faciendâ?

⁴¹⁵ *Excusatur quidem.*
Si damnum graue quis timeat, excusatur. Quia præcepta diuina, & Ecclesiastica cum tanto rigore non obligant. Quare si ex denunciatione timeat iacturam grauem in re familiaris, vitæ, vel honore, à denunciatione faciendâ excusatur. Porro si cum aliis crimen hæresis commisit, etiam si tu ab ea desistas, non teneris socios criminis denunciare, quia te ipsum denunciare obligareris: ergo quoties damnum tibi ex denunciatione imminet, cessare à denunciatione poteris. Sic aliqui haud infimè notæ Doctores, quos pressio nomine memorat Fernandez de Castro de fide, tractat. 4. d. 3. puncto 10.

⁴¹⁶ *Non excusatur.*
Non excusatur. Quia quisque tenetur bonum commune suo privato præferre. Ita Ro. jas singul. 3. numer. 20. vers. Septimo ampliatur, & alij.

⁴¹⁷ *Auctoris resolutio.*
Ego autem existimo, hac in parte prudentia opus esse, neque debere quemlibet proprio consilio duci, sed alieno. Attendere enim debet nocumentum, quod Reipublicæ obuenire potest, ex omiſſa denunciatione: nam si hoc grauius est, neque alia via potest impediri, nisi denunciatione facta: sine dubio tenetur bonum commune suo privato præferre: quo in casu verissimam esse reputa secundam sententiam. At si aliqua alia via damnum commune impediri potest: vel non est ita graue ut longe præponderet illius privato incommodo: non iudico teneri eam denunciationem facere. Mecum Pegna part. 2. direct. quest. 53. comment. 78. Scaccia de indic. cap. 56. num. 4. Farinac. de hæresi, quest. 197. §. 2. num. 53. Barbola part. 3. de potest. Episcop. alleg. 96. num. 70. citans Antonium Genuesensem, Vgolinum, & Posseninum Bonacin. de Censur. disputat. 2. question. 6. punct. 1. numero 5.

DVBIVM LXXXVIII.

An filius possit teneaturve patrem hæreticum denunciare?

⁴¹⁸ *Status quæ-*
Certum est quemque teneri propinquos sanguine denunciare. Quia Reipublicæ bonum privato est præferendum. Solam est inter Doctores controuersia, an filius possit, & debeat patrem hæreticum denunciare?

⁴¹⁹ *Nec debet, nec potest.*
Nec potest, nec debet. Quia reuerentia patri debita videtur cuiuslibet alij obligationi præponderare. Et quia talis denunciatio in graue filij cedit detrimentum; redditur enim infamis, priuatur bonis, &c. Sic Simanc. de Cathol. institut. 19. num. 47. & tract. de patre hæret. numero 14. Rojas vero singul. 12. numer. 3. admittit, filium esse obligatum, patrem denunciare, si pater filium ad hæresim induxit, secus si non induxit.

Potest.

42
Potest, &
deb.

Potest, & obligatur. Quia damnum commune speciali est preferendum: neque contra reuerentiam debitam parenti est, eius utilitatem spirituales querere, ac peccata impedire: & potius Deo, quam parentibus est obediendum *Cap. Relatum, de sentent. excommunic. cap. Quisquis metu, 11. question. 3.* Nam si licitum est, patrem impugnantem patriam impune interficere *leg. Minime, Digestis de Relig. & sumptibus funeris*: multo magis eundem Catholicæ fidei reum licebit denunciare. Ita Suarez de fide, *disputation. 20. section. 4. numero 21.* Toletus *libr. 5. cap. 1. num. 10.* Bonacin. *disput. 2. de Censur. ques. 6. punct. 1. num. 5.* Barbola de potest. *Episc. p. 3. alleg. 96. num. 56.*

421
Hoc proba-
bilis esse
iudico.

Cum his probabilis opinio, adiciens cum Pegna citato, filium denunciantem patrem hereticorum filios iure statuti ob præmiam delationis liberari, argument. *leg. Quisquis, §. ult. Cod. ad leg. Julian.* Ne huiusmodi scelus ex defectu delationis maneat impunitum. Quod definiuit Federicus Imperator in *leg. Commissi nobis celsius*, quam legem Innocentius IV. postea approbavit in Bulla edita anno 1252. incipiente, *Cum aduersus.* Consentit Castro *lib. 2. cap. 29.* Suarez de fide, *disputat. 20. sect. 4. num. 22.* Porro Farinac. *ques. 197. num. 45.* & Rojas *singul. 12. num. 6.* annotant patrem sic à filio delatum mitius esse puniendum, ne scilicet ipse filius in patre puniatur.

DUBIVM LXXXIX.

Teneturne quis Tribunali Inquisitionis Religiosos exemptos denunciare, præcipue cum apud Pontificem eos deferre possit?

422
Questionis
sum.

AB Inquisitorum officio olim aliqui Religiosi erant exempti. At iam usus obtinuit, neminem eximi, neque à suo Prelato indicari posse; sed remittendos esse fidei Censoribus, qui accuratius causam examinabunt. Suarez de fide, *disputation. 20. section. 4. numero 22.* Pegna *part. 3. Direct. quest. 28. comment. 77.* Quæsierim, tamen, dato, quod hi exempti adhuc sint, & eorum causa ad Sedem Apostolicam esset deferenda, eamque deferre quis facile possit: num teneatur hos exemptos Tribunali Inquisitionis denunciare?

423
No tenetur.

Non tenetur. Quia denunciatio ad inquisitionem, & iudicium ordinatur: si igitur incapaces essent Inquisitores, & Ordinarii inquirendi, & iudicandi hos exemptos, videtur denunciationis obligatio cessare. Sic docti Theologi.

424
Tenetur
quidem.

Tenetur quidem in tali casu hos exemptos denunciare, ac si à Censoribus fidei exempti non essent. Quia illa denunciatio est efficax remedium impediendi damnum, quod ex hæresi potest provenire: remissa enim denunciatione ad Sedem Apostolicam, Sedes Apostolica, si firma delatio videatur vices alicui committit inquirendi, & procedendi aduersus illum exemptum. Deinde fidei Censores iurisdictionem, & potestatem habent ad recipiendam testimonium depositionem, si qui sint, qui velint deponere, *Cap. Inquisitores, de hæres. in 6. ibi:*

Si sciuerint, vel nouerint, testimonium, inquam, depositionem, alias enim non est scientia, quæ fidem in iudicio faciat. Ergo denunciatio, etsi vices denunciatoris non agat, vicem testis lubire potest, & delictum exempti manifestare. Ita Fernandez de Castro Palao vir quidem circa Sancti Inquisitionis indulta, & stylum doctus admodum, quippe qui multis annis gessit qualificatoris munus de fide, tract. 4. disp. 3. punct. 4. numero 20.

Ego quidem, si hanc lubeat mentem sectari, affirmo, hæc à fortiori procedere, quando vel fuga timeretur, exempti, vel aliquod perniciolosissimum damnum in Ecclesia, eo quod errores disseminaret, & hæreticos defenderet, neque coerceri posset: tunc enim ex benigna interpretatione legis, censetur Pontifex concedere fidei Inquisitoribus potestatem exemptum capiendi. In tali ergo casu certum mihi, te obligatum esse denunciare exemptum. Quia denuncias superiori, qui ex denunciatore inchoare causam potest, etiam illam terminare non valeat. Pegna *part. 3. Direct. quest. 28. comment. 77.* Molina *tractat. 5. de instit. dub. 18. numero 20.*

CAPVT XXIV.

Circa Fautores hæreticorum.

DUBIVM XC.

Qui semel, aut bis ad audiendas conciones hæretici adeat, estne, ut credens illi reputandus?

REOLLO, nomine credentium hæreticis comprehendendi, qui eorum erroribus siue in partibus, rebus, siue in cõmuni, siue expresse, siue consule assentiuntur, signis externis tali assensu manifestato. Nauarra *summ. cap. 27. num. 55.* Suarez de censur. *disput. 21. section. 2. num. 6.* Bonacin. de censur. *disputat. 2. question. 5. punct. 3. numero 2.* Porro signa huiusmodi affectum indicantia sunt aut verba, aut facta, quibus grauis hæresis suspicio nascitur. Quæ autem hæc sunt optime expendit Farinac. de hæresi, *question. 81. numero 110.* Dubitatur tamen, num si semel, aut bis quis ad audiendas hæretici conciones adeat, ut credens illi sit reputandus?

Reputandus est credens hæretico. Quia ex gemino actu licet veritas huius credulitatis non appareat, tamen præfata grauis est suspicio oritur, ex qua tanquam credens hæretico quis in se possit condemnari. Sic Doctores communiter, quorum sententiam merito approbat Fernandez de Castro de fide, *tractat. quart. dubio 3. puncto 5. numero 2.*

Ex gemino actu non est ille ut hæretico credere